

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quas ... Dn. Marco Lemche/ Moestissima Coniunx Ad
hodiernam ... parabit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773015698>

Druck Freier  Zugang



Willebrandt, A.

in

M. Lemche.

Rostock, 1660.

66





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn773015698/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773015698/phys_0003)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn773015698/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773015698/phys_0004)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

PROGRAMMA
Quâ
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrandt/ U. I.D.
Cod. Prof., Ducal. Consist: Assessor,

AD
EXEQVIAS

Quas

Viro inter Sedecem hujus Civitatis Cives præstan-
tissimo ac Spectatissimo

DN MARCO
Lemge /



Mæstissima Conjunx


Ad hodiernam primam in Templo
D. Mariæ decenter parabit,

Omnes omnium ordinum Ci-
ves Academicos officiosè sedu-
lòq; invitat.

ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILI, Acad. Typ. 1660.

170.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrand/ U.J.D.

OMnibus quamvis moriendi necessitas in-
cumbat; nec quisquam sibi hodiernum et-
iam diem, nèdum perpetuò vivendi privile-
gium permettere possit: Ita tamen proh dolor i ma-
jor pars mortalium memoriam deponit, ut vel nun-
quam vel raro de illà cogitationem suscipiat; Hanc
mortis oblivionem, ut suis excuterent Ægyptii, in-
ter Epularum delicias, ac hilariores convivarum cō-
missiones, ligneum cadavē convivantibus exhibe-
bere, eosq; hac voce. *In hoc respiciens, bibe, O hilari-*
ris esto, eris enim mortuus talis, mortalitatis suæ admo-
nere solebant. Proloemius Philadelphus, Ægypti
Rex cibū sumpturus, mensæq; assidens, cranium ho-
minis mensæ impositum habebat, & ad illud iden-
tidem respiciens mortalitatem suam discebat: Sed
cur pròlixius de talibus scriberemus? En D E U S
ipse Optimus ac Maximus, Vitæ mortisq; Arbitr̄,
inter tot fermèq; quotidiana cadavera, hodiè nobis
pro-

propoluit Virum integerrimum & inter Sedecem
Viros primarium, D N. M A R C U M Lemche/ qui
hodiè ad sepulturam efferendus id nobis occinit Sy-
racidis. Memor esto iudicij mei; sicutum erit Ego tuum.
Mihiberi, hodiè vel cras tibi. Qui è Honoratissimis
ac præstantissimis Majoribus suam duxit originem.
Pater ipius fuit D N. HERMANNUS Lemche/ Sena-
tor hujus Civitatis præcipuus, & in Sinckenberg ac
Küssewitz Hæreditarius. Mater illius erat E L I S A-
BETH Luschouen/ Matrona honestissima. Proavus
paternus fuerat Vir Amplissimus D N. JACOBUS
Lemche/ Consul hujus Civitatis benè meritus. Avia
paterna erat THALIA Beselins/ ex præclarâ Beseli-
niorum prosapiâ progenita. Avum maternum ha-
buit D N. M A R C U M Luschou/ J. U. Doctorem ac
Professorem universitatis nostræ celeberrimum.
Aviam maternam habuit ELISABETHAM Kirch-
hoffs/ ex vetustissimâ & magnæ æstimationis Kirch-
hoviorum familiâ prognatam. E tantæ itaq; di-
gnitatis, honestatis, Majoribus ac Parentibus, hic
emortuus noster, in hac Civitate, A. D. 1600. die 30.
Augusti natus fuit; ac mox sequenti die 2. Septem-
bris per baptismum CHRISTO Jesu insertus. Dum
autem paululum adolevisset, traditus fuit (cum suo
fratre dilectissimo) Præceptoribus, ab optimis Pa-
rentibus; ut scilicet utrumq; tum in Numinis Divi-
ni cultu ac virtutibus, tum in honestis artibus libe-
ralib⁹ informarentur. Sed mox non tantam in hoc piè.
mortuo

mortuo ad studia proclivitatem deprehendentes,
illum satius, prædiis ac feudis, mercaturæ denique
devoerunt. Ideò ille aliquò temporis spatiò elapso, in Hollandiam, Nobilissimum in Europâ Mer-
cium ac negotiationum Emporium, semet contu-
lit, feliciterquè indè reuersus, Divinâ providentiâ
A.D. 1620. in Decembre, cum præstantissimâ ac dece-
tissimâ Virgine CATHARINA Dunders/ DN. NI-
COLAI Dunders/ Senatoris olim hujus Civitatis
non postremi filiâ, in conjugalem fidem ac societa-
tem convenit. Quæ ipsum ut conjugem charissi-
mum, pulchrâ septenariâ prole, duobus filiis, ac
quinquaginta filiabus, Nempè ELISABETHA, MARGA-
RETHA, AGNETE, HERMANNO, JACOBO, &
iterum ELISABETHA, CATHARINA beavit.
Equibus AGNETA, divinâ clementiâ elocata fuit
DN. BALTHASARO Gulen/ Civi Rostochiensis;
quæ jam non modicum, dilectissimum luget paren-
tem, qui ex illâ ipsâ unum Nepotem BALTHASA-
RUM, & unam Neptem ANNAM CATHARI-
NAM, non absquè summo animi viderat gaudiô.
ELISABETHA extradita erat DN. M. ALBERTO
Hindken/ Senatori Gustroviensi, Viroq; præstantis-
simo. CATHARINA verò Virgo vivit, & virtutibus
fæmineum sexum decentibus exornata, hodiè, non
mediocri, ex obitu charissimi patr̄is mœrore con-
ficitur. At reliqui liberi, scilicet senior ELISA-
BETHA mox post sacram regenerationem, MAR-

GARE.

GARETHA in nonō, HERMANNUS in primō, JACOBUS in decimō quartō ætatis anno, rebus caducis valedixerunt. A. 1631, circā festum S. Jacobi, noster piē defunctus (post quam dilectissima ejus Conjux mundo resignasset, cum quā in summō amore conjugali integros undecem annos vixerat, & ille annum Vidiūs carentis comparis traduxisset) associavit sibi secundo conjugio Virginem probissimā & Eximiam, BARBARAM von Thienen Senatoris hujus Urbis prudentissimi, nuperq; cum bonorum mōrō emortui filiam, & hodie afflictissimam Viđuā. Quæ ipsi, Divina benedictione decem liberos, tres filios & septem filias, videlicet, CHRISTIANUM, JACOBUM, MARGARETHAM, DOROTHEAM, BARBARAM, ANNAM, iterum MARGARETHAM, MARCUM, BARBARAM, EMERENTIAM peperit. E quibus CHRISTIANUS in vigesimō tertio, JACOBUS in secundō, MARGARETHA in primō ætatis anno, BARBARA vero & ANNAS nimis pr̄matuře, fatis naturaq; concesserant. Alii autem quinq; liberi, DOROTHEA, MARGARETHA, BARBARA, EMERENTIA, unusq; filius MARCUS vivunt superstites, & acerbis lachrymis amantissimi patris admissionē, simul cū Matre dilectissimā & Sororib⁹ prosequuntur; quos Numen cœlestis, Spiritu suo sanctissimo, tum ad temporalem, tum ad sempiternam gloriam regere dignet. Quod vitam beatē de mortui attinet, semper se fidelem atq; industrium erga hanc Civitatem, ut erga suam optatissimam patriam

triā declaravit, ut non solum Sedecimi Viri mune-
re, laudabiliter defunctus, publico bono candidē in-
serviverit, sed etiam cum magnā nominis existi-
tione, Spiritus sancti Ādi, aliisque Civitatis officiis
præfuerit. Præter hæc sancte denatus, publicas
Conciones, quantum frequentissimæ illius per vi-
tam patiebatur imbecillitates, cum cæteris CHRISTI
cultoribus frequentavit, vitamq; concordem, tran-
quillam, atq; honestam, ad ipsum extremum vitæ
halitum traduxit. Si verò jam ip̄sius lethalem mor-
bum, ad accuratiorem examinem⁹ judicij lancem.
Sæpius ille per vitam, tum calculi doloribus vehe-
mentissimis, tum aliâ corporis ægritudine corri-
piebatur; antè biennium quoq; in periculosam pro-
labebatur infirmitatem, è quā nihilominus, per Dei
benignissimi clementiam, fuerat eluctatus. Ad ex-
tremum, durantem per viginti duas septimanas
morbū patientissimō pectore tolerans, adhibe-
re non intermisit medicamenta sibi ab Experien-
tissimo Dn. D. CASPARO MARCHIO diligenter suppos-
titata, quorum fructum & emolumentum, per non
exiguum temporis intervallum experiebatur. Dum
tamen morbum incrementum maximum sumere
intellexisset, post habitis jam terrenis remediis, ad
cœlestem illum, & animarum Medicum refugium
fecit, illiusq; Divino & clementissimo placito semet
comendans, Virum Reverend, & Excellentiss. Dn.
CASPARUM MAURITIUM, Pastorem ad D. maria zedem,
Super-

Superintendenter, Collegamq; nostrum honorandum, ad se advocari curavit, ab illôq; sacratissimam Synaxim, præviâ peccatoruni absolutione, contrito ac devotissimô corde lumen, præterito die Veneris, qui erat primus Junii, inter 4. & 5. in religiosissimâ nominis JESU invocatione, placide & beatissime, ex hac vitâ decessit; postquam sexaginta annos in hâc miserâ & calamitosâ vitâ complevisset. Infinitæ bonitatis Deus, velit relictam & afflictissimam Viduam liberosquè restantes, efficaci consolacione, in hac ingenti tristitia erigere, nobisq; omnibus adhuc viventib; beatissimum, suô tempore, ex hac vitâ exitu largiri. Quia verò hic beatissimæ recordationis Vir, & de Civitate, deq; sacrâ Aede Spir. S. optimè meritus, hodiè in Templô D. MARIAE humari debet. Vos Cives Academiæ honoratissimi (officiosè & amanter oro) frequentes Corpus ejus, probæ & integræ animæ hospitium comitemini. Dum autem id (quod non dubito) facietis; perpendite illa quæ Jobus cap. 10. dixit, Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Et illud, quod S. Ecclesiæ pater, D. Augustinus lib. 1. de Civitate Dei scripsit, Lateat ultimus dies ut observentur omnes dies; serò parantur remedia, cum mortis imminet periculum. P.P. Sub Sigillo Universitatis, die 7. Junii A.D. 1660.

Conventus fiet in Templô DEIPARÆ,
ad horam primam.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn773015698/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773015698/phys_0016)

DFG

mortuo ad studia proclivitatem depre-
illum satius, prædiis ac feudis, mercatu-
devoverunt. Ideò ille aliquo tempori
pso, in Hollandiam, Nobilissimum in E-
cium ac negotiationum Emporium, se-
lit, feliciterque inde reversus, Divinâ
A.D. 1620. in Decembre, cum præstantissi-
mâ Virgine CATHARINA Dunc-
COLAI Duncers Senatoris olim hu-
non postremi filiâ, in conjugalem fiden-
tem convenit. Quæ ipsum ut conjug-
num, pulchrâ septenariâ prole, duob;
quinqu; filiabus, Nempè ELISABETHA
RETHA, AGNETE, HERMANNO, &
iterum ELISABETHA, CATHARI-
NA quibus AGNETA, divinâ clementiâ
DN. BALTHASARO Gulen/ Civi R
quæ jam non modicum, dilectissimum l-
tem, qui ex illâ ipsâ unum Nepotem BA-
RUM, & unam Neptem ANNAM C
NAM, non absquè summo animi vide-
ELISABETHA extradita erat D.N.M.
Hinden/ Senatori Gustroviensi, Viroq-
timo. CATHARINA verò Virgo vivit, &
fæmineum sexum decentibus exornata,
mediocri, ex obitu charissimi parētis m-
ficitur. At reliqui liberi, scilicet senie-
BETHA mox post sacram regenerationi



the scale towards document

Scan Reference Chart LT263 Serial No. 0911

Image Engineering